Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677522-p0001-2

Ung. VI 180

Occasionalia
potiosimum carmina
vol. 20 [struck through] VI-180

VI-180.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677522-p0002-7

52

VIRO
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO
EXCELLENTISSIMO

DOMINO
IO. HERMANNO
von Elswich

S. THEOLOGIAE LICENTIATO
MERITISSIMO
AD AEDEM DD. COSMAE AC DAMIANI
IN VRBE STADENSI
VOCATO

PASTORI PRIMARIO

DE MVNERE HOC SACRO
MAXIMA AC PAR EST ANIMI OBSERVANTIA
GRATVLARI
SIMVLQVE
FAVSTA QVAEVIS APPRECARI
DEBVIT

A. G. PETERS
IAHDA OLDENBVRGENSIS

VITEMBERGAE LITERIS SAMVELIS CREVSIGII 1717.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677522-p0003-3

PLangite, Caſtalides, veſtro nam gloria monte
Diſcedit, ſacraeque dolent ſua damna cohortes.
Adſis Phoebe! precor, moeſtoque inſignia vultu
Laetitiae fac iſta mori, numerosque ſerenos
Obſcuris muta fibris, tibi carmina luctum
Teſtentur, planctuque ſonent caua marmora Pindi.
Ille etenim decus omne tuum, quo noſtra ſuperbit
Leucoris, et quo ſe felix Hollatia Prole
Iactitat, ELSVVICHIVS, vaſtae pietatis alumnus
Tam veri iuſtique tenax, quam nuncius altae
Doctrinae, proferre pedem nunc incipit, et ſe
Subtrahit Aoniae et ſua iam commercia turbae.
O! quanti gemitus lacrymaeque ſororibus inſtant
Pieriis, quantique genis oculisque fluores.
Iſte abitus magnas pluresque merebitur vndas
Pluraque vota dabit, quam cum liquiſſet Athenas

Theſeus, aut vti, iam nunquam reditura parenti,
Filia Pandionis vitam committeret Alno.
Aſt, quid opus lacrymis, precibus ſunt neſcia flecti
Fata, trahunt quocunque volunt, adamantina leges
Mortali cuicunque manus praeſcribit, et omni
Tempore ſors duras rerum moderatur habenas.
TE ſolum, VIR MAGNE, meus compellat euntem
Cynthius officii non immemor, ac pede fauſto
Ire iubet, quocunque vocant TE Numina, poſtquam
Euſebiae multum ſpoliis ornatus ab Albis
Fluminibus, Tua ſancta petis nunc agmina Paſtor.
Non mihi plena dedit Charitum grex oſcula, nec me
Dulcia in Parnaſſo fecerunt ſomnia vatem;
Sed manus eſt indocta lyrae nullusque Poetam
Me furor intus agens; ergo TIBI dicere laudes
Promeritas nequeo, artis inops, ſiquidem Tua virtus
Cognita vel Phoebi poterit laſſare labores.
Offero, quidquid adeſt, quantumque ex pectore egeno
Relligio mihi fere dedit, non laurea ſerta
Intertexta auri pretio, ſed flaccida dona,
Iuncum, atque agreſtes hederae ſerpentis honores.
Expectat TE laeta Sion, quam moenia cingunt
STADAE, et praeſentem iam iam cupit ipſa videre.
Laetus abi, facilesque vias tranſcende, ſequentem
Praecipitet fortuna rotam, Floraeque maritus

Blanditiis mulcere ſuis ne deſinat, vſque
Dum finis TIBI rumpat iter, tunc carpe beatos
Et coelo ridente dies, TIBI copia rerum
Affluat, et plenum faciat TIBI creſcere cornu,
Firma ſenectutis nectant TIBI ſtamina Parcae
Et largas in luce moras cum diuite fructu.
Concedat ſuperus Genitor ne mortis et vrnae
Te imperium ante citet, canis quam crinibus adſit
Sanctus hyems, ſerique fleant Tua buſta Nepotes.
Interea non vlla Tuum mihi tempora Nomen
Eripient, ſed fida Tui doctrina laboris,
Qua mihi largus eras, cum ſancti flumine verbi
Ingenium imbueres, longas exſoluere grates,
Abſentemque etiam venerari mente, monebit.

Ung VI 180

VD 18

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677522-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-677522-p0008-0

52

VIRO
SVMME REVERENDO AMPLISSIMO
EXCELLENTISSIMO

DOMINO
IO. HERMANNO
von Elsw

S. THEOLOGIAE LI
MERITISSIMO
AD AEDEM DD. COSMAE
IN VRBE STADE
VOCATO

PASTORI PRI

DE MVNERE HOC SAC
MAXIMA AC PAR EST ANIMI C
GRATVLARI
SIMVLQVE
FAVSTA QVAEVIS APPR
DEBVIT

A. G. PET
IAHDA OLDENBVRG

VITEMBERGAE LITERIS SAMVE